

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

54. An quis teneatur sub mortali non bibere aquam, vel vinum nive  
refrigeratum, quia exinde prævident Medici, quod citius moriatur? Ex p. 5.  
tract. 4. resol. 27.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

# De Homicidio, &c. Ref L IV. &c.

117

teneri illud emere, & alibi nullum teneri querere ciuitatem salubrietem.

2. Dices, si homo, cui vna tantum dies vita superest, se ipsum occideret, peccaret lethaler, ergo potiori iure censetur graue peccatum ita affligere corpus, vt vita abbreviatur per aliquot annos. Pater consequentia, quia plus temporis vita, auferunt hoc modo. Relpondebat concessio antecedente negando consequentiam, cuius probatio non virget: nam malitia optionis non constitit in eo, quod vna, vel plures dies vita auferunt, sed in modo auferendi, ille enim qui iam proximus morti auferret diem vita, quae illi supererat, foret absoluere occisor sui, illi autem qui paulatim abbreviari vitam, non est sui occisor, sed veluti administrator & gubernator sua vita: ad gubernationem autem pertinet ita se gerere, ut vel magis, vel minus vivat, præstimum non potest non esse latitudine in obsequio diuino, quod sapientia constitutis in rebus vita contraria eam immuinuere, ait coarctare, pro quo facit, quod cum tempore vita nostra incertum sit, & fortasse illi, qui nunc agit annos adolescentiae & robustissimus est, exiguum tempus superest, non est censendum sibi inimicus, aut contra rationem agens, si ut carnem spiritui subiiciat, se exerceat in operibus quae aliquo minore accommodata videtur vita conseruacioni. Haec omnia Granado. Sed in hoc optimum consilium erit, nihil facere si non consilio prudentis Confessarij, & Superioris.

## RESOL. LIV.

An quis teneatur sub mortali non bibere aquam vel vi-  
num niue refrigeratum, quia exinde previdetur Mi-  
dici, quod citius moriatur? Ex p. 5. tr. 4. Ref. 27.

§. 1. **A**d hoc dubium negatiuè respondet Martinus Bonacina in editionibus nouissimis, tom. 2. de con-  
trouersi. p. 3. q. v. l. sect. 1. p. m. 1. n. 9. vbi sic ait. Non  
nulli Doctores, quibus adhaeret Rodriguez & perfe-  
ctione status religiosi, eos à mortali exculant, qui niuem  
ad tollendum vini calorem adhibent, etiam si inde pre-  
uideant fore ut citius pereant, haec enim videtur leuis  
& indirecta cooperatio ad mortem. Ita ille vide infra.

## RESOL. LV.

An ad cuitanda mala temporalia, a gritudinem, internam  
affectionem, pauperiem, &c. licet mortem excepta-  
re? Ex p. 3. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 92.

§. 1. **C**ausa est frequentissimus, & Nauarrus in  
Man. cap. 15. n. 15. cum Abulensi q. 4. in  
c. 19. lib. 3. Regam putant esse peccatum mortale, quia  
homo non est dominus vita sua, deinde timoritatis,  
aut pusillanimitatis vitium est velle carere magno bo-  
no temporali, quod est vita, & mori ob vitanda aliqua  
mala minoris momenti.

2. Sed ego puto absque peccato posse aliquem desiderare mortem, ut à magno malo temporali liberetur. Ita tenet Sanch. in select. diff. 2. n. 9. & Sotus in 4. diff.  
50. q. vnic. a. 1. post 5. concil. probatus exemplo Elia 3.  
Reg. 19. & Ione cap. 4. Deinde quis prudenter confere potest maius malum aliquam afflictionem quam mor-  
tem; non est ergo contra charitatem sibi debitam vel-  
le mori potius, quam illud pati. Et ita hanc sententiam docet etiam Iacobus Granado in 2.2. D. Thom. controv.  
3. tract. 6. diff. 2. sect. 4. num. 22. vbi optimè addit: Extra  
casum magna calamitatis, aut afflictionis non audeat  
excusare eiusmodi desiderium à culpa mortali,  
quia graueriter laedit charitatem sibi debitam, quia vult

privari maximo bono naturali, cuius non est dominus absque vlla causa aliquius momenti. Sic sane qui sine necessitate sufficienter desideraret grauem infirmitatem, censeretur graueriter agere contra naturalem inclinacionem, & obligationem prospiciendi bono proprio, maius autem malum est mors. Quare non est censemendum desiderium mortis quidquam indifferens quod non habeat grauem malitiam, nisi malus finis apponatur, sed potius est hoc desiderium talis natura, ut nisi sine honesto, aut bono non leuis momenti cohonestetur, graueriter malum sit sicut est graueriter malum occidere, vel infamare proximum, nisi adhuc causæ infamie, quae Doctores enumerant solent. Ita Granado. Ex quibus appetere est damnandas de mortali mulierculas, & praesertim vetulas, quae ob res minimas vociferantur, & optant sibi motorem, nisi illas excusare velimus, (& ita ut plurimum est) ex defectu aduertentia, & deliberaconis.

## RESOL. LVI.

An optare mortem alicuius, vel de illa gaudere ob he-  
reditatem habendam sit peccatum mortale?  
Et an licet matri mortem filiarum optare, eo quod ob  
deformitatem, vel inopiam non possit eas iuxta suum  
statum, & desiderium nupti tradere, vel si ob illarum  
causam male tractaretur à marito, &c? Ex part. 3. tr. 6.  
& Misc. 2. Ref. 84.

§. 1. **N**auarrus in man. c. 15. n. 10. affirmatiam sen-  
tentiam docet esse communem, quia charitas  
obligat præferre vitam proximi diutius, & emolumen-  
to temporali. At his non obstantibus nouissime Caffr.  
Palauis in opere moral., tr. 6. diff. 4. p. m. 1. n. 1. cum Sup. hoc fa  
debita moderatione punit, aliquem posse absque pecca-  
to mortali de vita alicuius tristari, & de illius morte  
naturali gaudere, illamque inefficaciter petere, &  
desiderare; non quidem ex displicentia personæ, sed  
ob aliquod temporale emolumendum inde sequuntur; etiam doc-  
trina & leges Non desiderare, & non gaudere de illa morte, quate-  
niam in tali casu quis non gaudet de illa morte, quatenam res  
proxima mala est, sistendo ibi (hoc enim estet ma-  
nor. seq.) sed gaudet de illa, quatenus est causa sui emolu-  
menti, & secundum hanc rationem, bona esse videtur,  
& appetibilis. Secus vero est, si quis vellet proximo  
absolute, & efficaciter mortem, quia talis voluntas pec-  
camino est, sub quocunque motivo illam quis ha-  
beret. Igitur in isto casu desiderium, & gaudiū de ma-  
lo proximi, non tam est desiderium, & gaudiū de malo  
illius, quam de bono inde sequenturo. Ergo, &c. Ita ille.  
2. Hinc à fortiori infest Azorius tom. 1. lib. 3. c. 12.  
qu. 1. & alij, licet matre mortem filiarum optare, eo  
quod ob deformitatem, vel inopiam non possit eas  
iuxta suum desiderium nupti tradere; vel si ob illarum  
causam male tractaretur à marito, & Io. Sancius  
in select. diff. 2. n. 9. assentit. Nequit enim esse optare tibi, vel Sup. hoc fa  
proximo mortem, sub vitandam molestem infinita-  
ritatem, mendicitatem, vitam penitentiam à marito afflitionem, etiam doctrina  
& aliud huius generis, dummodo desideres ut à Deo nam Ref. &  
infligendam, non ab homine iniuste aut à dæmoni; vi-  
teritas. Etiam Emanuel S. ver. charit. n. 8.

## RESOL. LVII.

An aliquando licitum sit se multicare?  
Et an hominem teneatur pari sibi membrum securi, si Medi-  
ci iudicent esse necessarium?  
Et anteneatur hoc permittere, si sit Religiosus, & super-  
ior ei id præcipiat?  
Et an Caribustiani teneantur in periculo mortis abstinere  
sa ab eis carnium?

E